



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Tit. V. De Institvtionibvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

DE INSTITUTIONIBVS. Tit. V.

Nè plusquàm duo simplicia beneficia vni conferantur.

Cap. I.

QUOD Synodi Tridentinae auctoritate, quarto Concilio Provinciali permissum est, simplex beneficium habenti, alterum etiam eiusdem generis, quod personalis residentiae munus non requirit, ob honestam illius vitae sustentationem conferri; id ita locum habeat, vt nè tamen eo praetexta, causave, vitae honestè sustentandae, plura quàm duo beneficia, simplicia, vni, eidemq; conferri liceat, sine consensu permissive sedis Apostolicae.

Qualiter non habenti condiciones requisitas beneficium conferri nequeat. Cap. II.

SI capellania etiam simplex, aliudve beneficium etiam iurispatronatus, ex prescripto erectionis foundationisve, aut alterius constitutionis, certum ordinem, aut alias condiciones requirit in eo, de quo vel collationis, vel instructionis, vel alio nomine providendum est illud beneficium; nè Episcopus deinceps, etiam patronorù consensu permittat, concedatve, vt quisquam sine sedis Apostolicae dispensatione illud beneficium assequatur, quòd verè eo ordine non sit initiatus, quamvis etate congrua sit, pro illo ordine suscipiendo, neq; qui alijs conditionibus praeditus non sit, & quas illa vel erectio, vel fundatio, vel constitutio requirit.

Numerus monialium constitutus, qualiter non augendus.

Cap. III.

EX Tridentini Concilij, & sanctae sedis Apostolicae iussu, unicuiq; Monasterio Monialium numerus iam constitutus inuiolatè obseruetur; neque eum numerum, nisi facta Monasterio annua, quae satis sit, fructuù accessione, augere vllò modo liceat.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, vel Ecclesiae non vacantis. Tit. VI.

Qualiter beneficio indebitè anhelantes puniantur. Cap. I.

QUI beneficium Ecclesiasticum vacans multis, a & ambitiosis precibus per se, vel per alios petierit, eo facto ita reddatur indignus, vt per biennium in eum, neq; illud, neque aliud beneficium conferatur. Eandem pœnam illis proponimus, b qui beneficia Ecclesiastica, quae nondum vacent, postularint; praeter eas, quae à Sacris Canonibus huic iniquitati constitutæ sunt.

Nec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Heb. 5.

b Quia honoris augmentum, non ambitione, sed labore, ad vnumquemque conuenit deuenire, verba sunt tex. in l. contra publicam vtilitatem. C. de re mil. lib. 12. & si laicus notari solet ambitus, si dignitatem appetat secularem, d. l. & l. i. ff. ad l. Juliam de ambitu. multò magis notari eiusdem sole t. qui ambit administrationem diuinorum. c. Miramur. & ibi glo. ita arguit, in princ. dist. 61. & glo. inc. officij. in ver. Incontinenti. de elect.

Sup. tit. p. ximo. cap. 12. Conc. Triden. Sess. 24. de refor. c. 17.

Roeh. de iur. in Tract. de iurepatr. in ver. Honorifici. verf. circa aliud an de necessitate. n. 21. sequitur alias citas auctoritates, ad re, eruditif. D. Borg. Caualcã. decis. 63. alias 17. nu. 21. par. 2.

a Ambitio bene repellit, quolibet à dignitatibus. c. in scripturis. 8. q. 1. i. p. i. ibi. Quia sicut loci regimini desideratibus negatus est, ita fugitibus est offerendus.